Seraphinus Olivarius Razallius

Juris utriusq; Doctor Sanctissimi Domini Nostri Papæ Capellanus et ipsius sacri Palatij ap.lici causarum causeq. et causis huiusmodi ac par-
tibus infrascriptis Auditor a Sanctissimo Dño nro Papa specialiter deputatus UNIVERSIS et singulis Dñis Abbatibus, Prioribus, Prepositis,
Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Succentoribus, Sacristis, tam Cathedralium etiam Metropolitan. quam Collegiatarum
Ecclesiarum Canonicis Parrochialiumq; Ecclesiarum Rectoribus seu Locatenen. earundem Plebanis Viceplebanis Capellanis Curatis et non Curatis Vicarijs
perpetuis ceterisq; pbris, Clericis Notarijs et Tabellionibus publicis quibuscumq; per Civitatem et dioc. Ispalen. ac alias ubilibet constitutis necnon illi vel
illis ad quem vel ad quos pntes nre litere pervenerint Salutem in domino et nris huiusmodi imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis NOVERITIS
quod nuper Sanctissimus in Xpo pater et Dñs nr Dñs Gregorius divina providentia Papa Decimustertius quandam Commissionis sive Supplicationis papiri Cedulam
nobis per certum eius Cursorem pntari fecit quam nos cum ea qua decuit reverentia recepimus huiusmodi sub tenore. BEATISSIME PATER in lite et causa in sacro Rotæ
Auditorio pendente inter devotum Sanctitatis vre oratorem Celidonium Acoca Administratorem Hospitalis quinq; Plagarum Ispalen. Civitatis ac S.ti Hieronymi et S.ti Isidori
et Cartusien. Monasteriorum eiusdem Civitatis Priores tanq; dicti Hosp.lis Visitatores ap.lica aucte deputatos ex una Et Priorem Monasterij S.ti Pauli ordinis Predicatorum
dicte Civitatis ex altera de et super iure Visitandi dictum Hospitale ac videndi perscrutandi et sciendi an certa onera et legata testamenti quondam Federici
Henriquez de Ribera Marchionis de Tarifa administratorem tam infra quam extra dictum Hospitale rebusq; alijs in Actis causæ et causarum huiusmodi latius deductis
et illorum occasione Reverendus pater Dñs Scipio Lancellottus sniam protulit in favorem oratorum revocando omnia et quecumq; attentata in dicta causa
per quendam Alphonsum de Holeda assertum Judicem appellationum et causarum piarum Sanctæ Ecclesiæ Ispalen. a qua Sententia cum appellatum fuerit pro parte
Dñi Prioris Sancti Pauli, et causa commissa R. pri Dñi Joannibaptiste de Rubeis Rotæ Decano ipse taliter in causa taliterqualiter procedens aliam protulit
sententiam nullam et iniquam contra oratores adiudicando dicto Priori Sancti Pauli Ius videndi presentandi et sciendi an onera et legata prefati Marchionis
adimpleantur in dicto Hospitali licet exempto ab omni Jurisdictione, Visitatione et correctione et immediate subiecto Sedi ap.lice absq; eo quod aliquis possit
se in aliqua Curia illud intromittere etiam pretextu alicuius fundationis et dotationis ut constat ex Bullis ap.cis Alexandri Sexti et Clementis Septimi in
Actis causæ et causarum huiusmodi productis a qua secunda snia pro parte oratorum fuit appellatum et de nullitate dictum in tempore et forma Quapropter
Supplicatur S.ti V.re pro eorundem oratorum parte quatinus signetur causam et causas appellationis et appellationum huiusmodi nullitatisq; et nullitatum iniquitatis et
iniustitie prefatæ ultime sniæ et inde sequutorum attentatorum et innovatorum et imposterum attentandorum, et innovandorum quorumcumq; unacum toto negotio
principali Necnon quam et quas dicti oratores habent et movent hereq; et movere volunt et intendunt contra et adversus dictum Priorem S.ti Pauli omnesq;
alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes de et super premissis et eorum singulis ac omnimoda exemptione dicti Hospitalis etiam
pretextu cuiuslibet fundationis et dotationis rebusq; alijs in causa et causis huiusmodi latius deductis et deducendis Alicui alteri ex uris sacri palatij ap.ci
causarum Auditoribus committere et mandare tam communiter quam divisim interesse putantibus in execu.ne citationis nominan. etiam per edictum publicum constito
summarie et extraiudicialiter de non tuto accessu citandi tam in Curia Roman. quam extra ipsiq; et quibusvis Judicibus ubi et quando opus fuerit inhibendi
omniaq; alia et singula faciendi, dicendi, gerendi, exercendi et exequendi in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Premissis Constitutionibus
et ord.bus ap.licis stilo palatij Ceterisq; in contrarium facientibus non obstan. quibuscumq; statum causæ et causarum huiusmodi et merita eorumq; tenores pro expressis
habentes QUAQUIDEM Commissio in eius fine binas habebat signaturas quarum prima talis erat vez. De mandato Dñi nri Papæ audiat Mag.r Seraphinus citet et
procedat summarie ut petitur et Justitiam faciat Secunda vero sic subsequebatur vez. Placet Dño nro Papæ Alexander Cardinalis Sfortia CUIUSQUIDEM Commis-
sionis vigore servatis omnibus et singulis terminis substantialibus et alijs de iure servandis ad venerabilis et providi viri Dñi Fran.ci Perez de Avila et Ven.lium
Virorum Mag.cor Dñorum Administrator. Hospitalis quinq; Plagarum Dñi Nri Jesu Xpi prope et extra muros Ispalen. et seu S.ti Hieronymi et S.ti Isidori ac beatæ
Mariæ dellas Cuevas Cartusien. extra muros Ispalen. Civitatis Monasteriorum Priorum et dicti Hospitalis Visitator. et Gubernatorum principalium
Procuratoris instantiam nram in scriptis tulimus et promulgavimus sniam in hunc qui sequitur modum vez. Xpi nomine invocato pro tribunali seden. et solum
Deum preoculis habentes per hanc nram diffinitivam sniam quam de Dñorum Coauditor. nror. consilio pariter et assensu ferimus in his scriptis dicimus
pronunciamus, decernimus, et declaramus, in causa et causis que coram nobis inter Administratores Hospitalis quinq; plagarum Dñi nri Jesu Xpi prope et
extra Muros Ispalen. et seu S.ti Hieronymi et Sancti Isidori et beatæ Mariæ delas Cuevas Cartusien. extra muros Ispalen. Civitatis Monasterior. Priores et dicti
Hospitalis Visitatores et Gubernatores ex una et quendam Priorem Monasterij S.ti Pauli ordinis S.ti Dñici eiusdem Civitatis Adver.m de et super iure visitandi
pref.m Hospitale quinq; Plagarum et illius bona et personas rebusq; alijs in Actis causæ et causarum huiusmodi latius deductis et illorum occone in prima seu alia verse
fuerunt et vertuntur instantia partibus ex altera plenum Jus visitandi prefatum hospitale illiusq; bona et personas spectavisse et spectare pertinuisse et pertinere
ad pref.os Dños Administratores dicti Hospitalis et seu Priores Monasterior. S.torum Hieronymi, et Isidori et beatæ Mariæ delas Cuevas Cartusien. extra muros
Civitatis Ispalen. Ipsisq; Administratoribus et seu Prioribus et non alijs privative etiam ad prefatum Priorem S.ti Pauli dictum Jus visitandi ac in eventum
impedimenti regimen dicti Hospitalis persone sufficienti quæ alteri quam dictis Prioribus seu Administratoribus parere non debeat nec ab alijs quam ab ipsis
Prioribus amoveri possit committendi competijsse et competere nullumq; unq; Jus visitandi dictum Hospitale illiusq; bona et personas pref.to Priori S.ti Pauli competijsse neq; competere
Reservato tamen iure dicto Dño Priori S.ti Pauli de et super iure videndi perscrutandi et sciendi si et quomodo legata et mandata perpetua onera et obligationes relicta et disposita per
quon. Marchionem Don Federicum Henriquez adimpleantur et alias prout in snia desuper per R.P.D. Joannembaptistam de Rubeis lata Et propterea dictos Dños Administratores et
seu Priores pref.os ab omnibus petitionibus et postulationibus et impetitis quibuscumq; de et super dicto iure visitan. et regimine dicti Hosp.lis eiusq; bonorum et personar. per pref.um Priorem S.ti
Pauli eisdem Dñis Prioribus et seu Administratoribus quomodolibet in huiusmodi causa factis absolven. et liberan. fore et esse prout absolvimus et liberamus Molestationes perturba.nes inquietationes
impetitiones et impedimenta quecumq; ipsis Dñis Prioribus et seu Administratoribus per pref.um Priorem S.ti Pauli de et super dicto iure visitan. dictum Hospitale illiusq; bona et personas et
illorum ocasione quomodolibet factas et prestitas factaq; et prestita fuisse et esse temerarias illicitas indebitas et iniustas temerariaq; illicita indebita et iniusta ac de facto presumptas et
presumpta Illasq; et illa dicto Priori S.ti Pauli minime licuisse neq; licere Et propterea pref.to Priori S.ti Pauli de et super illis ac dicto iure visitandi perpetuum silentium imponen. fore
et esse prout imponimus Et ita dicimus, pronunciamus sniamus et declaramus omni meliori modo etc. QUEQUIDEM diffinitiva snia manu propria erat subscripta vez. Ita pronunciavi
Ego Seraphinus Olivarius Razallius Rotæ Auditor LECTA lata et in scriptis promulgata fuit nra premserta diffinitiva sententia per nos Seraphinum Olivarium Ra-
zallium Auditorem prefatum Romæ apud Sanctum Petrum et in Palatio causarum Apostolico mane hora Audientie causar. consueta ad iura reddendum et causas audiendum
in loco nro solito et consueto pro Tribunali seden. Sub anno a Nativitate Dñi Nri Jesu Xpi Millesimo Quingentesimo Septuagesimo octavo Indictione Sexta die vero
quarta mensis Julij Pontificatus S.mi in Xpo pris et Dñi nri Dñi Gregorij divina providentia papæ Decimitertij Anno Septimo Presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris
Dñis Virgilio Vellio et Joanne Paulo Coyrenot Clericis Roman. eiusdem Palatij ap.cis causar. Rotæ Notarijs et coram nobis Scribis testibus ad premissa vocatis atq; rogatis.
pref.um R. summarie audien. cognoscen. deciden. finiq; debito terminan. cum omnibus et singulis suis incidentibus dependentibus emergentibus annexis et connexis cum potestate pref.m Priorem
sancti Pauli omnesq; alios et singulos sua communiter vel divisim Approbo Carolus Saracenus [illegible]

Et Ego Carolus Saracenus Clericus Roman. publicus palatij ap.lici causar. Rotæ notarius [illegible] omnibus et
singulis pns interfui et in notam sumpsi Ideo hoc pns publicum [illegible] instrumentum licet aliena manu mihi
fideliter scriptum subscripsi solitoq; meo signo signavi rogatus et requisitus

DIPUTACION DE SEVILLA ARCHIVO

+

25 Sentencia de Roma sobre q[ue]
[illegible]

PERGAMINOS, 20
Hospital de las Cinco Llagas, leg. 3

[...]CION PROVINCIAL SEV[...]
ARCHIVO

[...]UTACIÓN DE SEVI[...]
ARCHIVO